



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Vndensis Monasterij exordium fabricati per magnum Ottonem Illustrem
Comitem Palatinum in Witelspach de mandato Sedis Apostolic[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Wernstorffer.
Wagenrieder.
Mänpecken.
Weier.
Ottmarsharter.
Schvvaphauser.

Et alij plures, qui bona sua tradiderunt, vt habetur ibi in libro
Donationum,

ADDITIONES.

Vndensis Monasterij exordium fabricati per magnum *Ottonem*
Illustrem Comitem Palatinum in *Witelsbach* de
mandato Sedis Apostolicę.

K *Alixius* Episcopus seruus seruorum Dei, Illustri viro O. Comiti Palatino salutem & apostolicam benedictionem. Dolere te & vehementer tritari audimus eo q. in illa Regis expeditione fueris in qua Dominus noster sanctę memorię *Paschalis* nimis crudeliter captus fuit non tamen captioni aut retentioni eius consilium seu auxilium præbuisi, vnde gaudemus valde & omnipotenti Deo gratias agimus quod cor tuum sancti Spiritus visitatione ad poenitentiam inclinauit, vt autem de bono in melius proficias atque in ecclesię vnitare semper & obedientia perseueres in remissionem tibi peccatorum tuorum iniungimus Ecclesiam regularium fratrum construere que ad honorem Dei & salutem animę tuę sub beati *Petri* & eius *Romane* Ecclesię iure ac ditione in perpetuum debeat permanere. per hoc enim & omnipotentis Dei gratiam & nostrum poteris consilium & auxilium obtinere. Carissimum fratrem & consanguineum nostrum A. Aquisensem Episcopum quem in partes vestras direximus nobilitati tuę cõmendamus rogantes, vt ei pro beati *Petri* reuerentia ducatum & si qua alia necessaria fuerint præbeas. Datum *Laterani* 7. Cal. Iulii.

Mandatum apostolicum pro Præposito de Conuentu
Marchbach postulando.

I *NNOCENTIVS* Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis Præposito & fratribus ecclesię *Marchbach*, salutem & apostolicam benedictionem. juxta apostolicam sententiam non tantum debemus attendere quod nobis est vtile sed quod multis vt salui fiant atque de nostra habundantia indigentium inopiam supplere debeamus. Cæterum sicut nostris est auribus intimatum ecclesia beati *Petri Vndensstorf* de vestro collegio sibi expedit habere Præpositum. Quamobrem vniuersitati vestre per apostolica scripta rogando mandamus atque præcipimus quatenus vnum de fratribus vestris quem eadem Ecclesia ad suum regimen postulauerit ipsius loci fratribus concedatis & eorum bonum propositum nequaquam impediatis. Datum apud *Baym* IV. Non. Iunij.

Priuille.